



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

XLV. Fridericvs I. XXIV. Arch. VIII. Elector.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

fuit & exornavit; insignem etiam promeritus est laudem moderatâ parsimoniâ, & redituum Ecclesiasticorum curâ sedulâ, quod indicant nobis verba:

3 Ossa Severini gemmis ornavit & auro
Nobilis Hermannus sanguine, dives opum.

XLV. FRIDERICVS I, XXIV. ARCH.
VIII. ELECTOR.

FRidericus Comes Forojuliensis, aut testibus Scriptorum Colonienſium calamis è Suevorum Comitum ſtirpe pro-
gnatus, cum D. Norberto Parthenopolis Archiepiſcopo
egit cominus & eminus, ut quaqua verſus prodeſſent Eccleſiæ.
Apoſtolicum Friderici Zelum unâ cum aliis multis dilaudavit Mo-
naſterium in Inſula Rhenana, Rolandi dictâ, & alterum in mon-
te S. Apollinaris munificentiffimè extractum. Sedit annis 32.
mortuus an, 1131.

S E C U L U M XII.

XLVI. BRVNO II, XXV. ARCH.
IX. ELECTOR.

Bruno Comes de Altena in Weſtphalia natus, tribus in Ec-
cleſiis floruit Colonie & Confluentiæ. Merita ejus
tanta fuerunt, ut licet epileſiæ morbo laboraret, &
Godefredus Sanctenſis Præpoſitus æmulorum potentiffimus mul-
tis placeret, nihilominus Brunonem eligendum Archipræſu-
lem cenſerent Canonicorum plures, & ſuaderet Imperator Lo-
tharius II. Nemini nempe Elector hic diſplicuit magis, quàm
ipſe ſibi: quare non niſi multorum precibus, & D. Bernardi con-
ſiliis perſuaſus, Colonie Solium conſcendit, poſtquam jam Tre-
virenſium Inſulam neſtquam admittit, Innocentio II. Pontifice
Bru-